



XVI, 31-42



XVI, 35-40.
Divi Joanni Chrysostomi

1. De non contemnenda Ecclesia Dei
2. De divitiis et paupertate
3. De inebrietate et ebrietate
4. De adversa valetudine
5. De anima
6. De humilitate

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO



8.
4350

DIVI IOAN
NIS CHRISOSTOMI
ARCHIEPISCOPI CON
STANTINOPOLITANI
ORATIO DE ANIMA
MARTINO CRO
MERO INTER
PRETE.



0411v.40

REVERENDO DOMI
no Erasmo, Abbati Mogilens
si: Martinus Cromerus
S. P. D.

GRādis est, Erasme Abbas Mo
gilen. inter Philosophos de vi
& natura animę, quod tibi op
timarum artiū & philosophię
scientiam iam inde ab ineunte etate profes
so probe notum est, controuersia: nec vl
lus est in philosophia locus obscurior ac dif
ficilior. Hinc factum est, vt quot capita
tot penē sint de anima philosophorum sen
tentię: corpus alijs, alijs incorporeū quid
dam animam esse asserentibus. Ac de ijs
quidem, qui corpus eam esse volunt, He
raclides Ponticus, & Critolaus Peripateti
cus, etherium siue, cœleste: Heraclitus ig
neum: Anaximenes, & nonnulli Stoici,
aërium: Thales & Hippon cognomento
ἀθεος aqueū: Critias & Empedocles, san
guinem: Hippocrates, spiritum tenuem p
corpus omne dispersum: Parmenides ē ter
ra & igne: Xenophantes, ē terra & aqua

Boëthus

Boëthius, ex aëre & igne concretum : Epicurus speciem ex igne, aëre & spiritu mixtam : Democritus & Leucippus indiuisa sua, rotunda duntaxat & globosa. Porro qui supra corpus aliquid suspicati sunt molis & figure expers : eorū alij harmoniam, vt Pythagoras, Philolaus, &, q ab artificio suo non recessit, Aristoxenus musicus : Alij essentiam se mouentem, vt Plato : Alij numerū se mouentem, vt Xenocrates : Aristoteles ἐν τελέχειαμ, nomine magis q̄ re notam : Possidonius Ideā : Asclepiades quinq̄ sensuum exercitium sibi consonum : Nonnulli temperamentum : Quidam temperamenti proportionem animā esse affirmāt. Fuerūt q̄ animas hūanas nihil nisi animationes siue vitas ab vna anima mundi in omnes homines, tanq̄ radios à sole, pertinentes esse opinarentur. Verū dies me defecerit, priusq̄ omnia omnium somnia (sic em̄ dicere malo q̄ opiniones) percurram : In summa, vix quenq̄ inuenias, qui, cū animę vim & naturam cōmonstrare professus sit, cū altero per omnia congruat. Porro aut̄ mortalis ne, an immortalis sit anima, quanta Deus bone, conflictata

tio & doctorū, & rationū in contraria ani-
mos & opiniones hominū distrahētium?
ita vt mihi nō pessime Galen^o sensisse vide-
atur, apud quē ita scriptū esse accipio. De
anima, quid sit, & quā vim habeat, nihil
certi sciri. Reuera em̄ tenues admodū & e-
xiles cōiecturas nobis prēbēt animę effecti-
ones ad naturā suam iuestigādā. Refle-
xus vero in sese, corporis quidem nullus est
prorsus: Animę vero corpori iūmerse &
implicatę nescio an vllus etiam esse queat.
Quid igit̄ est? Quicq̄ ne aliquis i eo ponet
operę, in quo inuestigādo nihil proficiat?
Ponet vero, & quidē q̄ plurimū: Nam nes-
c̄ inanis prorsus hīc labor sumit̄, si quis re-
ligiosē & cū iudicio manus admoueat, &
p̄fecto seipsum nosse, summa est philoso-
phia, sine q̄ viuere beate nemo potest, nō
modo Apollinis oraculo, & Grecorū sapi-
entib^o id ita p̄cipiētibus: verū etiā ipso anti-
marū sponso Deo i mysticis sapientissimi
Solomonis cāticis sp̄sām repudiāte, nī sese
norit. Vndenā igit̄ aut q̄tenus ea cognitio
hauriēda est: ē sacris scripturis censeo, &
Spiritu Diuino afflatis hominib^o: ē quib^o
vbi nō admodū curiosa indagine cognoue-
rimus, spiraculū vitę à Deo in faciē homi-

nis inspiratū, & secundū id ad imaginē & similitudinē Dei hominē factū esse: reliquū erit, vt secundū iussū opificis Dei, p̄sim^o piscibus, volucrib⁹, bestijs gradiētibus pariter atq; repētib⁹, & vniuersę terre: hoc est: vt viribus & munerib⁹ anime diligēter cognitis & p̄pensis, certo & à Deo instituto ordine, inferiora superiorib⁹: id est quod supremū est, authori Deo, quod nihil interiorius habemus, eius ipsius ope freti, subiiciamus: eiq; ppurgatis ab omni laebe corporis affectiōibus, & mēte ab aspectabilibus rebus sensim abducta, quod maxime fieri potest, cū intelligētia, tū voluntate atq; amore penitus nos cōiungere studeamus, vt cū eo vnus spiritus efficiamur, quēadmodū vult sacer Euāgelij p̄eco Paulus. Ad quod ducem, vel dūtaxat fidū comitē in hac, p̄breui quidem, sed ore illo aureo digna oratione Chrysostrōmus se nobis p̄bet: Quam tibi, Erasme Abbas, latinā mitto, cū vt extet quod lectūq; obseruatię & amoris ī te mei documentū, tum vt p̄ te studiosi diuine philosophię homines tā p̄clarū munus accipiant: Quod quidem nō tam mole aut pondere, quā colore & virtute, vt in gemmis fieri solet, estimandum est. Vale.

DIVI IOAN.
NIS CHRYSOSTOMI
ARCHIEPISCOPI CON
STANTINOPOLITANI
ORATIO DE ANIMA,
MARTINO CRO/
MERO INTER/
PRETE▶



Vi bonis operibus ni-
tent, fidem vero in De-
um ignorant : similes
esse vidēt reliquīs mor-
tuorum : quę, pulchre quidem vesti-
te sunt, sed sensum pulchrorum nul-
lum habent. Nam quod opere preci-
um est homīni, mortuam, & bonis
operibus vestitam habere animam.
Opera spe premiū coronarūq; fiunt,
Quod

Quod si non nouisti præsidem cer/
taminis, qua de re certas? Quemad/
modum enim hominibus, prius est
vt uiuant, deinde vt nutriantur: sic
vitæ nostræ præire spes in Christum
debet: Nutriri uero etiam bonis
operibus eam oportet: Contingit
em̄ sepe numero, vt is, qui non nutri/
tur, uiuat. Qui uero non uiuit, ne
nutritur quidem omnino. Et sine fi
de q̄dem opera iusticiæ facientem vi
uere, regnôq; dignatum esse ostende
re quenq̄ non potes. Nemo enim
sine fide uixit. At uero latro, cū
credidisset modo, iustus factus ē. Ne
enim mihi dixeris, eum vitæ institus/
endæ tempus accōmodatum non ha/
buisse: Nam si fidei superstes fuisset
opusq; neglexisset, salute excidisset.
Habebat & Cornelius de elemosy/
nis & precibus testimoniū, sed Chri/
stum

stum non nouerat. Et quoniã cer-
nebat oculus veritatis, ipse magnus
Iudex, pulchra quidem esse opera,
sed mortua fidem nõ habentia, mit-
tit premiũ operibus parantem An-
gelum, vt pulchre certãtem, fide co-
ronaret: quẽ admodum ait ad ipsum:
Corneli, p̄ces tuę & eleemosynę tuę
ascenderunt in memoriã in conspe-
ctu Dei. Si igitur exauditæ sunt pre-
ces, & susceptę eleemosynę: quid mi-
hi reliqui est ad iusticiam? Sed mit-
te, inquit, Ioppen, & accerse Simonẽ
cognomento Petrum, qui quũ ve-
nerit, loquetur tibi verba, in qbus sal-
uus fies tu & vniuersa domus tua.
Si igitur ex ijs, quę dicit Petrus, sal-
uus fit ipse domusq; ipsius, nequaquã
adhuc ex operibus salutem habebat,
quoad fides operibus ipsius premiũ
parauit. Fertur etiã exterorũ phi-
loso-

Filius op̄eratur.

Iosophorum quispiam, splendidam
domum, multo auro splendentem,
multoq; marmorum & columnarū
ornatu coruscantem, ingressus, quū
& solum tapetibus instratum ubiq;
cerneret, in faciē domini domus in-
spuisse, deinde appellatus dixisse, p-
pterea se faciem illius cōtumelia affe-
cisse, q; nusq; alibi in domo illa id fa-
cere liceret. Vides q̄ sit ridiculus, q;
cultui exteriori nimo opere studet, &
apud omnes, qui mentis compotes
sunt, cōtemptibilis? Et merito sanè:
Nam quū parietes quidem & solum
aliaq; omnia accurate exornes, ani-
mam vero sordidatam, plenam vul-
neribus, ab innumerabilibus canibus
laceratam, negligas, quod non sup-
pliciu expendes, dic mihi? Pecuniā
enim si perdas, poteris dare pecuni-
am, si domum, si mancipia, siue quid

A v aliud

*Et de 200
Cultu nē ut
zup. 10.*

aliud de his quæ possides : animam
vero si perdas, non poteris aliam ani-
mam reddere : verū etiam si mun-
dum habeas vniuersum, etiā si rex sis
orbis terrarum, vt quidem omnia quæ
sunt in orbe terrarum, pariter cum
ipso orbe terrarum conferas, nō po-
teris emere vnā animam. Nam si
in corpore vt sanè innumerabilibus
diadematis redimitus sis, corpus
vero natura morbidum & insanabi-
le habeas, etiā si regnū totum impen-
deris, non poteris corpus emendare
etiā si innumerabilia corpora, & vr-
bes, & pecunias adieceris : Quanto
id magis in anima? Omnia nobis
duplicia dedit Deus, duos oculos, du-
as aures, duas manus, duos pedes : vt
si alterum horū lesū sit, altero indi-
gentiam solemur. Animā vero vnā
nobis dedit : quam si perdidimus,
quonā

2 anima
26 G. 10
6. 11. ma.

quonā ευσόμενα (mutilum verbum
est, in græco exemplari carie consum-
pto) Anima nanq; auaritia semel ca-
pta, non facile, neq; expedite recusat
bit & facere & dicere quicquā, quod
Deū irriter, quippe q̄ alterius domi-
ni serua facta sit, et eius q̄dem omnia
contra ac Deus imperantis. Anima
quū semel salutē suam repudiauerit,
nusq; desistit ab insania, sed habens
salutis suę remissis, brutis cupiditati-
bus quoquouersum circumfertur, ita
vt ab obuiam venientibus capi non
possit, subterfugientibus omnibus,
ac nemine audente retinere: sed om-
nia vicij loca percurrit, donec ad ex-
trema interitus profunda delata, su-
am ipsius salutem det in præceps:
Nam sicut sus in luto sese volutans
delectatur, ita & anima praua consue-
tudine implicata, ne sentit quidem
peccat

*Auaritia
multa enim
Dei facit.*

*Anima semel
remissa
per insidiam*

peccatorū fœtorem : & vt terra nō
irrigata, etiā si quis innumerabilia se/
mina iaciat, non potest spicas pro/
ducere, ita & anima, nisi Diuinis
scripturis prius illustretur, etiā si qs
innumerabilia verba effundat, nō po
tест fructum vllum exhibere : Et vt
terra nisi seminet & plantetur, her/
bam solam profert : ita & anima,
vbi quid rerum necessariorum quod
agat, non habet : Quum enim nihil
agere prorsus non possit, agendi cu/
pida, prauis negocijs sese dedit. Et si/
cut in corporibus n̄, qui vulnera ne/
gligūt, febres & putredines, & mor/
tem sibi pariunt : ita & in animis, q
ad parua peccata conuiuent, maiora
inducunt. Propterea nobis è terz
ra corpus dedit Deus, vt id etiam ad
cœlum educamus, non vt per id ani
mam etiam in terram detrahamus.

O rem

O rem mirandam : Quomodo omnes præsentibus rebus inhiant, & futurarum intelligentiam nunquam accipiunt, sed in corporeas quidem voluptates iugiter feruntur, animas vero fame liquescere sinunt : Et quum innumerabilia quotidie vulnera accipiant, nunquam sentiunt in quibus sint malis : Sed corpus quidem exquisita diligentia curant, animam vero negligunt squalentem & sordentem, & innumerabilibus affectionibus perturbatam : & quod grauius est, quod post multos sudores & labores, ne mortale quidem corpus hoc morte superius efficiunt, sed & immortalam illam cum mortali hoc æternis subiiciunt pœnis. Quocirca magnopere deplorans animis hominum circumfusam dementiam, crassamque caliginem obtensam, vellem speculam aliquam


aliquam excelsam inuenire, quę mihi
omnia genera hominū cernenda su-
biceret. Vellem autē & vocem indi-
pisci, quę ad extremos fines circum-
quaq; personaret, & omnibus, q; su-
per terram viuunt, sufficeret, & sta-
re & vociferari, Dauidicaq; illa voce
exclamare: Filij hominum quousq;
graui corde? Quam igit' defensioē
habebimus, dic mihi? quam veniā?
quum corporis quidem egrotantis,
vbi & argentum expendendum est,
& medici accersendi, & dolor mag-
nus perferendus, tantam curam ha-
beamus, animam autē negligamus, p̄-
sertim neq; argentum expensuri, ne-
q; negociū alijs exhibituri, neq; do-
lores subituri: sed absq; his omni-
bus, selectione & voluntate sola cor-
rigere nos ipsi valentes, & exacte sci-
entes, quod nisi id fecerimus, extre-
mum


num luemus supplicium, & irrecusabilem cruciatum atque poenas. Et quem admodum qui carcerem inhabitant semper quidem in anxietate ac doloribus sunt, sed maxime eo die, quo sunt educendi, & ad ipsas iudicantis fores ducendi, & ante cancellos stantes, iudicantisque vocem intus audientes, metu suffocantur, & nihilo meliore sunt specie, quam mortui: sic & anima, & ipso quidem peccati tempore maxime affligitur & premitur sed multo magis, quando hinc auulsa ad rationes illic reddendas, & ad terribile illud iudicium abduci debet. Propterea sepe refugit, & intro recedit, metuit, & exhorrescit, quum e carne euolatura est. Tunc enim siue quis rapuit, siue cupide quaesuit, siue iniuste inimicus cuiusque fuit, siue quid aliud improbum designauit, vniuersus


sus peccatorum chorus renouat, &
oculis sese offert, statq; acerbus con-
scientie accusator. Ideo & immor-
talem animam nacti sumus, & cor-
pus erit immortale, vt infinitis bo-
nis fruamur. Quod si terræ affixus
fueris, quū cœlestia proponant, co-
gita quanta contumelia donantem
afficias, quū ille quidem supera tibi
porrigat, tu vero non magnam eo-
rum rationē ducens, terram cōmu-
tes cœlestibus: Quę vtinā omnes a-
dipiscamur, gratia & benignitatē
Domini nostri IESV CHRIS-
TI, Cui gloria & potestas in se-
cula seculorum.

Amen.









XV

BR

XVI WIEK

BROSZURY





